mibullio.in media pte uł pau uł non pfecte bul lio.Combullio.i. ſimul cū alio bullio.Et dębullio .i. ualde bullio.uł bullire ceſſo.Bullio cū oībz ſuis cōpoſitis ē neutrum.et p geminū l ſcribitur

Bullio.onis.tumor aque bulientis.et dr a bul po.is. Inde bulliunculus.li.diminitiuum.

Bulliunculus.li.dimi.parus bullio.

Bullor.oris tūor aq̄ bulientis.et dr a bullio is

Bumaſta.a bos dr ħ bumaſta.e.et ħ bumaſte tis.uitis uł vua magna.in ſimilitudine mamme bouis. vñ et dr bumaſta quaſi bouis mamma

Buo.is.ere.utū.ubum actm̄.i. pfundere.et nō eſt in uſu.et deriuatur a bibo.is. ¶Buo compo nitur imbuo.is.i. pfundere.Et combuo.is.i. ſimł pfundę Et nota q̄ imbuo et combuo magis pro prie accipiunt in malo q̄ in bono.ſepe tamen et in bono. Item nota q̄ imbuere inuenit̄ p inicia re. Ille enim imbui dr ara noua pmo ſacrificio de dicata et pfuſa. Itē delibuo.is.componit̄ a de et oleo uł liquore et buo uł imbuo.ħ quoſdaz.Qui dā tamen dicūt q̄ buo.is.nichil eſt.nec inde com ponūtur predicā tiba ſed imbuo et combuo com ponūtur ab in et con et uo uis qđ nō eſt in uſu et intercipit̄ b.De delibo dicetur infra.

Burdigallis.a burgus et gallus dr ħ burdigall quedā ciuitas.q̄ hūc burgum galli būerunt pus Vnde ħ et hec burdigalenſis et hoc burdigalenſe

Burdo ē animal quod ex equo naſcit̄ et aſina. ħ pap.ut mulus ex eq̄ et aſino.Et dñr huiuſmo di animalia bigena.Reg̃ iij capło v dr.Concede michi ſeruo tuo ut tollam onus duoz burdonū. de terra.vnde dicit magiſter in hiſtorijs.Eſt autē burdo ex equo et aſina ſm quoſdā.tulit terram ut ſterneret eam in templis pdolorū.ut ſtans ſup eaz adorant deū terre iſrael.ne offenderet dnm̄ ſu um ħ piter non adorarēt.ħ uerius uidet̄ q̄ ex ea fecit altare dño ad immolandū. Vñ ſubdit̄.Nō figet ſeruus tuus ultra holocauſtum uł victimā

Burgundio.a burgus qi)bijs alienis niſi dño dr ħ et ħ burgundio.onis.pro nomine cuiuſdā gentis.Nam olim deuicti a romanis homines illi us gentis.ab ipſis romanis p burgos ſunt dimiſi et ob hoc burgundiones dicti ſunt.Vnde ħ bur gundia.die.terra illa.vnde mō ſumit̄ ħ et ħ bur gundio.onis.gentile qui uł que eſt de terra illa.

Burgis.gi.mas.geñ.caſtų et caſtra crebra.qui dā p limites habitacula conſtituta burgos vulgo uocant.et inde burganus.na.nū.et ī et ħ burgē ſis et hoc burgenſe in eodem ſenſu.

Buris.a bos dr ħ buris.ris.longū et curuatum lignū in aratro.uel potius curuatura ligni illius q̄ bouis uros.q̄ curua ſit ad ſimilitudinē caude bouis.Et dęſinit accuſatiuus ſingularis in im tm̄ et ablīs in.i.xvij. Im tantū facūt ħ quartū no mina caſum. Vim burim tuſſim magidanz q̄ ſi tim. Pap uero dicit. Buris curuatura aratri.

Burſa.ſe.marſupium dicitur a biſſa.ſe.quod ē cornium bouis.quia de corio fiat.

Burſella.le.diminitiuum parua burſa.

Burſo.ſas.i.burſas facere.uł in burſa reponere Et deriuatur a burſa.ſe.Et componit̄ cum in et fit imburſo.ſas.in burſa reponere.

Burſula.le.dimi.parua burſa.Et cor pnł.

Buſtuarius.rij.ille qui corpa cremat.uł ſepilit.a

Buſticeta.a buſtū dicit̄ ħ et hec)buſtū dicitur buſticeta.te.qui ſepulchra ſtruit.

Buſtifragis.gi.pnł cor.ille qui frangit buſtū .i.ſepulchū ut ſpoliet mortuū.Et componitur a

Buſto.tas.i.ſepelire.uel)buſtū et frango.gis. cremare mortuū.Et dicitur a buſtum.

Buſtulū.li.dimi parum buſtum.

Buſtū.ti.dr ignis uł lignoz ſtrues.ubi corpora mortuoz cremant̄.Et dicitur buſtum q̄ſi uſtum ab urendo.Et buſtum id eſt ſepulchrum.

Buſtura.re.i.ſepultura.a buſtum dicitur.

Butanicū.ci.a buo is uł buto.dr ħ butanicū.q̄ dam liber medicine qui et herbariū dr q̄ ibi her

Butiz.bos componit̄ cū uterus uł)be notent̄ finis qđ eſt caſeus et dr ħ butirū.n.quoddaz qđ fit ex lacte.Et dr butirū q̄ bouis uterus.uł tiz9 et ſm utramq̄ compōnem cor pnł.Poteſt etiam butirū denuari a buto.onis.quod eſt animal lacte multū abundans.et ſic prod pnł.ſ melius eſt ut eam corripiat et teneat̄ ut pmo dictū eſt.ita dic hug̃.Magiſter autē bene dicit.De butiro dubita tur quod dr a boue et tiros.qđ eſt caſeus ſiue an guſtia.Eſt enim butiz pinguedo lactis.ſed a tiros greco uenit̄ quedā corripiencia.Iut aristotiras.et ħ tirus.n.pro quadā pruinoa ſiue terra.et quedā pducencia.ut tiro tironis.et tirocinū dicimus qđ uſus habet q̄ producat̄.Virgił tamē in quodaz opuſculo cor pnł de butiz.ita dicens.Lac mulcū butiz q̄ nouū cū melle comedi.ita dicit magiſter bene. Videſ ergo q̄ ſm dictas compones poteſt pnł corripi et pduci.Vſus tamen cōmunis hab, q̄ pnł producat̄ Quod etiā doctrinale vult di cēs Iſup r brues tamen excipis inde butiz.In auro ra etiā dr.Quod non eſt mirū ſillat̄ p lacte buti

Buto.onis.maſ.ge.qđ)rum.ſup ecē ħ dicit dam genus animalis.qđ ualde in lacte abundat et dicitur a buo buis.vnde butirum.

Butro.onis.mas.ge.inuenis.a buto dicitur

Butus.ta.tū.i. pfuſus.a buo.is.dicitur.

Buxus.pixos greco latine dr buxus.Et in nos corupte dicimus buxus.xi.quedā arbor.Vnde ħ buxū.lignū uł fructus illius arboris.Vtrumq̄ tamē indifferēter inuenitur tam pro arbore q̄ pro ligno. Item a buxus buxeus.ea.eum.et hoc bux etum.ti.locus ubi buxi creſcunt.

C Aath penitencia uł paciencia.

Caballus.a cabo dr ħ caballus li.dimi.i. mulus equus. Vnde cabal linus.na.nū.pnł prod.uł caball9 dr q̄i cauallus.q̄ pede cauat terrā uł q̄ pedem habet cauū ut dextra rius.unde in equus.Pap eā dicit.Caballus dcūs q̄ vngula terram cauat. Vel a cauis pedibus.ħ eciam ſonipes dicitur.

Cabio.as.ūbum actiuū.i. pforare.a cabo dicē cabro.a cabo dr ħ cabro.onis.et ħ ſcarabeus ei.et ſunt diuſoz generū animalia.et dñr tam ca brones q̄ ſcarabei a cabo.q̄ de putridis carnibo equoz ſepe naſcunt̄. Ita dicit hug̃.Pap uero dic Cabro ūmis dcūs a cabone.i. equo q̄ ex eq̄ cree tur.et ſic cabro ſine.r.ſcribit̄ in pma ſilla.ponit eciam pap crabro.ita q̄ r eſt in prima ſilla et ſe cūda.Vnde dicit.Crabro ūmis dcūs a crabone ex q̄ naſcit̄.i. equo.et ħ lra inuenit̄ in mſis bibleis deut vij. Inſup et crabones mittet et dñs deus tu us in eos.Quedā autē bibie habent ibi s.et dici tur ſcrabro ſcrabrones. Ita q̄ R eſt in pma et ſe cunda ſilla.Sed pap vult q̄ ſcabrones ſcribant̄

ſine.R.in prima ſillaba.ſcabrones ueſpe longio
ra crura habentes.Si uis ſequi papiam dicas q
inuenīt cabro ſme.r.in prima ſill'a.et hoc eciam
bug uidet uelle in cauo.as.Itez inuenīt crab ita
q.r.ſit in pma et ſecūda ſill'a.et hoc pro eodem
animali.Inuenīt eciam ſcabro p.s.in prima ſilla
ba et ſme.r.ſ cū.r.in ſecūda ſill'a.et hec uidetur
¶ Cabul in lingua phenicū ſonat diſpluerior līa
plicere.Vnde regi ix dr.q hyram appellauit
opida que dedit ei ſalomon terram cabul.Diſpli
cuerunt enim ei.Et accentuatur in fine.
¶ Cabus.bi.nomē eſt mēſure.de qua reg li iiij c.
vj.Quarta pe cabi ſtercoris columbaū.Et ut dic
Joſephus Hoc condiebant cabos pro ſale.Itez in
hiſtorijs dr.Tradunt quidā nomine ſtercoris dici
ueſiculā columbe in qua recipiebant gna deforis
¶ Cacabus.bi.mas.ge.pnt cor.i.lebes ſallata
a ſono feruoris dcūs eſt.feruendo enim exprimit
habet ſonū.ca.ca.ca.ſm bug.Pap dicit.Cacab9
uas de terra et eciam de eramento.
¶ Cacepharon.ſicut dicit bug Cacephatus.ti id ē
turpis ſonus.a cacos et phone qđ eſt ſonus.uel
fatus.Inde cacephatus.ti.i.turpis ſonus.uel tur
pis fatus.qđ et alio nomine dicitur cacophonia
et cacepharon.Et poteſt ſcribi p ph uł p.f.Et de
hoc uide ſupa in iij pte.a.in capitulo de uicijs
¶ Cacethes.this.i.malus mos.mas.ge.et cōpōi
tur a cathos et ethis qđ eſt mos.Iuuenal' in vij
ſatira.Inſanabile multos ſcribendi cacethes.
¶ Cacexia.ie.uł cacoſia dr greca mala uexacō.q
dam paſſio eſt.et dr a cacos et oxi quod eſt acu
tū.uł ethis qđ eſt mos.qi acutū malū.uł qi ma
lus mos ſm bug.Pap uero dicit.Cacexia nomē
ſumpſit a corpis habitu.Nā greci malū uł uexa
cio dr.fit enī intemperancia egrantis uł meditantis
¶ Cachinnor.aris.ūbum depo.quod antiqui dice
bant cachinno.as.i.rideo.Vnde hic cachinnus.ni
.i.riſus inutilis.uł cachinnus componīt a con et
cigno.quod eſt albus ut mix propter dentes qui
uidentur albere in riſu.vnde ūbum ꝓdictū eſt.et h
et hec cachinno.onis.qui ridet.
¶ Caco.as.aui.are.a.cacos quod eſt malū dr.et
eſt cacare egerere malum humorē malam ſubam
malam poſſeſſionem deponere.
¶ Cacodemon.onis.i.malus angelus.qi malū ſci
ens.a cacos et demon.uide in demon.
¶ Cacophonia.nie.pnt prod.De h require in ūr
ta parte in capitulo de uicijs annexis.
¶ Cacos interpretatur malum.
¶ Cacoſindeton eſt uiciosa compō dcōnum.uide
in quarta pte in capitulo de uicijs annexis.
¶ Cacumen.mis.neu.ge.i.ſummitas.Vnde cacu
mino.as.aui.are.i.acuere.a ſummo ſublimare.et
corrupit mi.Summas q cacuminat aures.
¶ Cacus.ci.dr a cacos malū.qi fuit malus.fuit
enim ſeruus euandri et malus fur.
¶ Cadauer.a cado.dis.dr h cadauer.eris.q ſtare
nō pt.Omnis mortuus aut funus eſt aut cadaū
funus ſi ſepeliat'.a funibus accenſis.i.candel' ſic
dictū.quas ante feretu papiris cera circumdatas
ferebant.Cadauer ſi inſepultū iacet.Itez funus dr
in domo.Cadauer dū portat' uł ſepelit uł crema
tur.exequias uł funus dicimus crematū.reliqui
as conditū.iam ſepultū corpus conſuetudine dr
et a cadauer cadaueroſus.ſa.ſum.q autem dr ca
dauer caro data ūmibus ethymologia ē.et prod
pnt cadauer.Iob ix dicitur.de aquila ubicumq
fuerit cadauer ſtatim adeſt.
¶ Cadax.acis.omnis generis.i.claudus.qui lepe
cadit.Et dicitur a cado.dis.
¶ Cades.a cado.dis.dr h cades uł h cades indecli
.i.locus uł fons ubi erit iudiciū.et acuīt in fine
et interpretat' ſanctū uł ſanctificans uł ſanctificacō
¶ Cadex.cis.mas.ge.i.truncus.a cado.dis.ās ca
ſum dans.qđ et candex dicitur et codex.
¶ Cadiolus.li.diminitiuum parnus cadus.
¶ Cado.dis.cecidi caſum ūbum neutr componīt
cū ad.et mutata.d.in.c.dr accido.dis.p euenire
Item cū con et dr concido.is.i.simul cadere.Itez
cū de et dr decido.dis.i.deorſum cadere.Item cuz
ex et dr excido.dis et eſt extra cadere.uel ex aliq
cadere.Item cū in et dr incido.is.i.in aliq cadere
Vnde in tue.Incidit in latrones.Item cū inter et
dr intercido.dis.i.inter aliqua cadere.Itez cū p et
dr pcido.dis.i.aīa cadere uł in anteriorē ptē cadē
Item cū pro et dr procido.dis.pcul cado uł aīa.Itē
cū ob et dr occido.dis.i.contra uł circū cadē.Itē
cū re et dr recido.is.i.iterū uł retro cadē.Itez cū
ſub et dr ſuccido.is.i.ſubtus cadere.¶Et nota q
cado et omnia ſua compoſita ſunt neutr.et omni
a dīr p cadere.niſi quedā ꝓpones addite ſignāt
quaſdā circūſtancias.ſicut diſtinctū eſt.Itē omnia
cōpoſita a cado carent ſupinis excepto occido qđ
facit occaſum.Et omnia mutant.a.in.i.et omnia
faciūt pīs in ido et ꝓtentū in cidi.pnt cor tā in
pīti q in ꝓtento.¶Et ſcias q cado facit cecidi ñ
cadi.ne ſi cadi dicamus nomen eſſe putet ſm ps
Item nota uſus compoſitoruz a cado.Occidit ex
cepto caruerunt cuncta ſupino.Quot ſunt a ūbo
ſimplice nata cado.Et ſcias q cecidi cor pnt a
cado.dis.Sed cecidi a cedo.dis.eam prod.iij reg
xij.Pater meus cecidit uos flagellis.ego aut ce
dam uos ſcorpionibz.xw.De cado dic cecidi caſū
de cedo cecidi.Ceſum de cedo eſſi ceſſuz q ſupinū
¶ Caducarius.in caducus exponitur.
¶ Caducator in caducum eſt.
¶ Caducum.ci.ūqa mcunij cū qua diſcordiam
faciebat cadere in pacem.et ſompnū.et dr a cado
dis.et a caducū h caducator.tores.ppe caduce
atores dicūtur legati pacis.ſolz qui gracia pacis
ferunt legacōnem inter aliquos.
¶ Caducifer.fera.feu.i.ferens caducū talem ſez
¶ Caducus.a cado.dis.dr ca ū ūqam.et cor pnt
ducus.a.um.dr eciam id qđ cadere facit.ut cadu
cus morbus.qui eciā comicial' dr.et hoc caducū.
ci.i.illa hereditas que continǵit alicui ex morte
alicuius carentis herede.Vnde h caducarius.et h
caducaria ille uł illa cui h cōtingit.ſez q accipit ca
ducū.Caduca eciaz dīr folia maloꝝ.uł nuces qs
greci qitinas uocant.ſm bug.Pap dicit.Caducū
dr quod ab vno cadit in alteꝝ p hereditatē.uid
¶ Cadula.loꝝ.i.gutte que cadūt ex in legatū.
pingui carne cū aſſat'.uł ecā ex creco.et cor du
¶ Caduceū.a cado.dis.h caduceū.ci.i.tentoriū.q
facie cadat.quod et caduceus inuenīt.Itez cadur
cū eſt membꝝ uirile.uł potius femine.Nam ppe
caduca ſunt uel dīr ſummitates nature femine
ſicut uiroꝝ ꝓpucia.Alij ſpondā lecti eſſe dicūt.et
denuatur eciam tunc a cado.dis.
¶ Cadus.di.uas quod wlgo dr baſile.et ut di
cunt uas eſt vinariū continens tres urnas.et alio
nomine dr ſitula.et inde cadulus.li.et cadiolꝰ li

Caelū.li.ſm paſ ſcribitur ꝙ ambo diminitiua ꝑ ae orptongon. Vnde ſecunda lrā eſt.a.et tercia e.ſ̄ q ſm modnos in huiuſmodi diptongis ratis.ſcz ae ut caelū.et oe ut foenū.tacet ꝑma no calis quo ad ſonū.et etiam quo ad integraz.ideo ſequens cōmunē uſum determinabo de celum ubi e.ſequit̄ c.et ita de conſimilibus intelligas.tamē ſcias q in ſecūda uocali que ꝓferitur fit infra in medio quoddā ſignū.ad notandū q eſt ibi diptongus tacita. Vnde caelū ſic modo ſcribitur celū et foenū ſic fenū.tamē in paſ et in libris antiq̄s ſcribunt̄ ambe uocales diptongi.ſicut caelum foenū.ſcribit etiam nichilominus paſ celum ubi e ſequitur poſt.c.et ſicut ſine.a.ſcribit.

Calamanū interpretat̄ ager conſolacōnis.uel uil la pinguedinis.et ſcribit̄ ꝑ f.in paſ. Poteſt etiā

Caiphas.caiphe pnt̄ cor. Vñ ac vſ ꝑ ph ſcribi. centus debet poni ſup ꝑmā ſillam.interpretatur inueſtigator.uel ſagax.uel uomens ore. Iniq̄ enim ore ſuo iuſtum dampnauit. q̄uis hoc miſterio ꝑ phetali annūciaſſet. Aurora. Ad caiphan ꝓpert̄ conſiliū q̄ tenent. Et poteſt ſcribi ꝑ.f.uel per ph Et ſcias q dcā bñ conuenīūt caiphe.nam fuit inueſtigator ſiue inueſtigans.ſcilz ꝑ malicā.ſagax ꝑ aſtuciam.ore uomens ꝑ detractōnem et cōſilij impietatē. Cum dixit. Expedit uobis ut vn9 moriatur homo ꝓ populo et non tota gens pereat ut habet̄ Joh̄ xj c. Et pōt intelligi predicta ūba duobus modis. Vno mō ſm ꝓpriam intencōnē caiphe.q̄ dicat.expedit nobis ut vnus moriat̄ hō .i.ut vnius hominis uitā ꝓcuremus ad mortem ꝑ populo.ſcz liberando.et non tota gens pereat romanoꝝ crudelitate. Nam ut dicit aug̃. Judei tē poralia ꝓdere timuerunt.et uitā eternā non curauerunt et ſic utrumq̄ amiſerunt. Nam et romani poſt dñi paſſionez et glorificacōnem ſcz poſt xlij annos tulerunt eis locū et gentē expugnando et tranſferendo. Et in predcō ſenſu intellexit predcā ūba caiphas. Et fuerunt mala et a caiphe libero arbitrio. Vnde ꝙtum ad intencionem caiphe peccauit caiphas et nō fuerunt ꝓphecia. Alio modo pōt exponi predcā ūba ſm q̄ fuerunt a ſpū ſcō et ꝓphecia. Expedit uobis ꝛc̄. q̄i dicat. Expedit uobis ꝙtum ad liberacōnem a culpa et ꝙtuz ad ianue celi apcōnem. ut vnus moriat̄ homo ſcilicet xp̄us dei filius ſm ſcz q̄ homo. q̄ ūbum inq̄tuz ūbum non eſt paſſum. ſm aug̃. et b̄ figuratiū eſt in gen̄ xxij. ꝙ b̄ q̄ aries ē immolatus et ꝑtic i. xp̄us filius abrae.i. dei patris liberatus eſt ꝑ populo.i. ꝑ ſalute ꝓpli.et ñ tota gens pereat ſcz ad infernum uel limbū deſcendendo. et celeſtem requiem non ingrediendo. et ſic predcā ūba fuerunt ꝑ phecia ꝓlata ꝑ caiphan pontificē non ea intelli

Calabria.e.ꝓuincia iuxta apuliam. Ygentem

Caladrius.dri.auis quedā dr̄ eciaz caradrion Leui xj. Sed deut̄ xiiij dr̄ caladrius ne comedatis Aurora. Garrula caradrion auis ē illos q̄ figuāt Et ut dicunt. caladrius et caradrion pro eadē aue accipiunt̄. ſ̄ conſtat q̄ ſcriptura dr̄iſt. ut de infra

Calamacus.a calamus.mi.dr̄ b ⁊ m caradrion calamacus.ci.quoddā genus ſtricte mitre. et dicitur calamacus q̄i calorem machinans.eo q̄ ſtricta ſit et capiti impreſſa. et eſt ethymologia. Vnd̄ ioſephus in ij. Sup caput geſtat pileū in modu

Calamariū.rij.cornu ubi tenet̄ ⁊ qui calamaci incauſtum. et dicitur a calamus.mi.

Calamiſtraculus in calamiſtratus uide.

Calamiſtratus.ata.tū.i.calamiſtro ornatus. Et dr̄ a calamiſtu. et a calamiſtratus dñdit calamiſtraculus.la.lū.dimi pnt̄ cor. Vnde Jero.in epla. Pueros cincinnaculos et calamiſtraculos et peregrina unguenta olentes deuita

Calamiſtrum.a calamus dr̄ b calamiſtrum ſm .i.acus ferrea uel alterius metalli.in ſimilitudine calami facta.qua crines obtorqñtur ut criſpi fiāt quā in cinere uel igne calefacere ſolent qui capillos criſpant ut calamiſtrati ſunt.

Calamitas.tatis.miſeria dr̄ a calamo cāna. q̄ eſt inanis et uacua inſtar calami. ꝙde quidem calamitas eſt. q̄n aliquis nec habet in ſpe nec in re nec externus nec interius. ſic cāna uana et uacua eſt internus et externus. Vel dr̄ calamitas a calamis ſtipulis. cuz enim calami ſegitū franguñt̄ et inde oriunt̄ fames et miſeria. tunc eſt calamitas Vnde et quidā dicūt. q̄ calamitas dr̄ q̄i calamitas. a cado.d.mutata in.l.q̄ndo ita calamitas cadit et franguñt̄. ſ̄ potius uidet̄ eſſe ethymologia q̄ compoſicio. Et corrupit mi.

Calamites.mitis.mas.ge.genus rane dictus a calamus.quia moretur in calamis.

Calamito.a calamitas dr̄ calamito.tas.ūbum actiū.miſerificare.infelicitare. calamitoſum facere

Calamitoſus.ſa.ſum.i.miſer.et ca et cor mi lamitate plenus.et dicitur a calamitate.

Calamizo.as.i.lera cantare.a calamus dicitur

Calamus.mi.eſt canna uel ſtipula ſegnis.q̄ ſuſtinet ſpicam.et dr̄ a caleo.les.q̄ ex immenſo ſtatu caleſcit.ſm hug̃. Item ſm paſ. calamus dicē penna ſcriptoris.a calo.as qđ eſt uelū ponere q̄ calat.i.ponat incauſtum ſup cartā. Item calamus eſt ꝓprium nomen arboris.a canendo i. ſundendo uoces uocatū. Item calamus in ezech xl eſt menſura ſex cubitorū et palmi. Item calamus ē ſimilis campane. Item calamus ſpecies eſt aromatica Item calami haſte candelabrorum facti in modū

Calana.rie.nauis q̄ ligna ꝙ calamoꝝ. et cor la portat.a calo.nis.uel a calon.

Calatus.ti.a calon qđ eſt lignū dr̄ b calatus q̄ ſit ex ligno.uel dr̄ a calo.las quod eſt pono q̄ ibi ponat̄ penſa uel aliud. et eſt calatus calamiſtr uel quoddā genus poculoꝝ. Paſ dicit. Calati cian caniſtra de uirgis auguſti i fundo. lati in ore. et cor

Calcaneus.a cali uel callus.b calcaneus ei la idem eſt quod calx. et eſt aliud q̄ talus. ſ̄ talus eſt ſub cruribus. Idem et talionus. et ſub talo eſt calcaneus uel calx ſm hugucionem.

Calcar.aris.ge.neu.dr̄ a calcaneus. q̄ in calce uel calcaneo religat̄. et prod ca. et dñr calcaria ſi nulli animalū. Ouidius. Stil nocte admiſſo ſubdē

Calcedonius.pallidam ignis ha calcar equo. bet effigiem. ſubrutilat in publico. fulgorem dat in nubilo. ſtatuē fert fidelib̄ occulte famulancium Gemma eſt ſm paſ. Gloſa autē ſup apocal xxj dicit. Calcedonius q̄i pallidus ignis lucerne nitet et fulget ſub diuo et non in domo. ſignat ſāmaz cantatis interne que in abſcondito bona agit ſed cū aliis prodeſſe iubet̄ mox apparet quid fulgoris hēat intus. ſculpentibus reſiſtit ictu ſolis uel digitoꝝ attritu excandens ad ſe paleas trahit. i. a nllo cōuino queunt. immo ad fragiliores trahunt.

Calceo.a calx.cis.dr̄ calcio.as.quod exigit calciamentū.uel a calceo.as.quod exigit b calceus

rei. ¶Calcio componit̃ discalcio.cias.excalcio.ci
as.Et recalcio.cias.Et sunt actiua.

Calcitro.tras.traui.trare.dr a calx.cis.et ē cal
citrare calce petere.et est actū.uł resistē.et tunc
est neutr. Vnde h calcitro.onis.i.rusticus qui in
tempate calcat.ſ hug.Et pap dicit.calcitrare q̄i
calce retro ferire.et corripit i naturaliter.

Calcitrones in calcitro est.

Calco.as.ubum actiuū.Calco componit̃ cū con
et dr conculco.as. Item cū de et dr deculco.as.qđ
et decalco.as.inuenit̃.i.opus rectoꝝ dalbare. Itē
cū ex et dr exculco.cas. Item cū in et dr inculco
as. Item cū pro et dr ꝓculco.as. Item cum re et
dicitur reculco.as.et sunt omnia actiua.

Calcos grece.latine es uł fex.

Calcula.cule.i.lixa uł seruus militū.uł nūcius
cursatilis. Vñ plantus Video calculā militarem.

Calculatī.i.nominatiꝝ adiibiū.unde in calculus

Calculus.a calco.cas.h calculus.li.lapis leuis
primus rotundus et durissimus.dcūs sic q̄ buitate
sui sine molestia calcet̃.cui contrarius est scrupus
iapillus minutus et asper.qui si incident in calci
amentū nocet et est molestus animo. Vnđ animi
molestiam scrupulū dicamus. Vnde et scrupea uł
scrupulosa saxa.i.aspera.et a calculus ꝓpter simi
litudinē calculi dr scaqui.q̄ leues sunt et rotun
di.uł dr a callis.q̄ p uias ordinales eant.i.per
calles.ſ calculoꝝ prim ordine mouent̃. Vñ et or
dinarij dicunt̃ ꝓtim uage. Vnde et uagi dr aut
qui omnino moueri non possunt inati dr. Vñ
et egentes homines inciti uocant̃ quibus spes ul
tra procedendi nulla restat. Item a calculo lapide
dr h calculus racō.nis.computacō.quia antiqui
huiusmodi lapillos in manu tenentes. solebant
numeru computare. Vnde calculo.as.ubum actiū
.i.numerare et cor cu vnde ubalia et calculatim
.i.numeratim Item a calculus ꝓpter sui puitatez
h calculus.li.i.lapis qui in uesica fit. Vnde calcu
losus.sa.sum.qui talem patit̃ infirmitatē ꝟ hug
Item calculus lapis ignitus siue carbunculus. Vñ
dicit glosa vsa.vj.Et in manu eius calculus et ce
tera. Calculus inquit est lapis ignitus uel carbū
culus qui ꝓpter flammeū colorem igneus dr. Xv
Calculus est racō numerus sententia carbo. Calcu
lus est pondus nummus lapis ensis acutus

Calcus.a calculus ꝓpter sui puitatē dr hic cal
cus.ci.i.quarta ps obuli.et est mīma pars ponde
ris. Item calcos dicūt greci.et.o.mutant m.u.iti
tur in latinū et dicitur calcus.ci.i.fex uł es.

Caldaria.e.uas quodđ q̄i caldaria.a caliois dr

Caldus.calidus sincopat̃ et dr caldus.da.dum

Calefacō.cis.calere modi infinitiui ꝟ.i. calidus
componit̃ cū facō et cū fio et dicit̃ calefacio.cis.
et calefio calefis.et actuit̃ pnt in secunda et tercia
psona.licet sint bues ut calefacis calefacit.unde in

Caleo.es.ui.ubum neutr.et caret ꝟfacio facis
sup̄.i.ē uł fieri calidū.Et cōponit̃ recaleo.es et i
caleo.les.et concaleo.les.sil calere.ps.Concaluit
cor meū intra me.Et tam ab istis q̄ a suo pmi
tiuo fiunt inchoatiua.ab eis formata calesco cis
recalesco.incalesco.Et cor pmam caleo. Vñ ouid
epi.Qui calet in cupido pectore prestat amor.

Caleptra in capullulum est.

Caleratius.rij.i.minister ferens ligna.a calon

Calero.as.aui.ubum neutr.i. ꝓperare ꝟligno
uł ligna portare.et dr a calo.onis.uł a calon

Calibs.ibis.ge.cōmunis.quidaꝝ populus.a ca
leo.es dictus.eo q̄ semper calcat.fodiendo illud
genus ferri quod uulgo dicit̃ acier.uł azal quod
multū abundat apud eos. Vnde h calibs.bis.dr
illud genus ferri et cor pnt. Lucanus in iiij.Sō
calibē gentes penitus fugiente metallo. eruerant

Calico as.i.bibere.potare.et dr a calix.cis.

Calicula.le.unde in caliga.

Caliculus.li.diminitiuum.parus calix.

Calidus.da.dū.dr a caleo.les.et compatur ca
lidior.issimus. Vnde calide.dius.sime.adūbiū.et
hec caliditas. Et sincopat̃ calidus et dr caldus. Et
ut dicit pap. Calidus calore affectus scribitur per
vnum.l.cor eni primam sicut et caleo.les.

Caliendrū.dri.i.mitra.uel generaliter quidq̄d
capud inuoluit.ut maiorem calorem contrahat.
et dr a caleo.les. Oracius in sermonibus. Altum

Caliga.a calco.as.dr h cali ꝟcaligne caliendr
ga.ge.calciamentū cruꝝ.siue sit de pāno siue de
ferro.uł dr a colligo.as.q̄ calige ligant̃ Vel dr
a calo pedum. Inuenit̃ et calicula ꝓ eodem simi
liter a callo. Et cor pnt. Vnde in aurora. Sume
tibi caligas et uestem stringe sequendo.

Caligatus.a caliga dr caligatus.ta.tū.qui cali
gas habet. Vnde et milites caligati dr a quibus
dam caligis ferreis quas solebant habere. Vnde
quidam neronū dcūs est caligula. quia a puericia
inter milites sit usatus. Caligula etiam potest dr
a parua caliga diminitiuum.

Caligo.as.ubum actū.i.caligis induere.a cali
ga.ge.dr.et cor pnt sicut caliga. Item caligo gas
dr a caligo.ginis. Et est caligare obscurari. obsc̃
ri. obtenebrari. et ꝓd.li.uide in caligo.ginis. Itē
caligo.as.q̄ sigt caliginem prodt ꝓmam. sed q̄
primit ad caligas eandem corripit.

Caligo.ginis.fe.ge.dr a caleo.les.et est caligo
obscuritas et umbra aeris spissitudine facta. et ec̄
caligo dr fuligo.et dr sic. quia maxime calore a
eris uł ignis gignat̃.ps. Caligo sub pedibus eius
unde caliginosus.sa.sum.i.obscurus. caligine ple
nus. et caligo.as.ubum neutrum. et producit.li.

Caligula parua caliga. unde in caligatus.

Calimachus.ci.pnt cor. ꝓpium nomen cuiusdam
uiri. de quo ouid de remedio amor. Calimachi nu
merus non est dicendus achilles.

Caliope.pes.accentuat̃ in fine.et ē una de no
uem musis.q̄i calophone.i.bona sonoritas.et dr
a kaco quod est bonum.et potest scribi per.k.

Calix.cis.mas.ge.quoddā genus poculoꝝ.qđ
olim ex ligno fiebat. unde a calon quod e lignū
deriuat̃. uł potest deriuari a caleo.les. solebāt ei
calidam et frigidaꝝ poconem miscere in calice vñ
et calix dcūs ē a calida pocone. et miscere dictū
est ꝓ ministrare et ꝓpinare vinū. et etiam adhuc
miscemus calida frigidis. et econuerso. q̄ vinuꝝ et
aqua et econuerso. et cor. li. Vnde orat. fecundi ca
lices quem non fecere disertū. et desinit in ix cor
naturaliter. ſm pristianum.

Calleo.a callus.li.dr calleo.es.ui.ubum neutr
et caret supino.i.durere. uł callide scire. unde
quidaꝝ. Callet durere denotat et sapē. vñ calleſco
as inchoatiū. ¶Calleo componit̃ concalleo.es.i.
simul callere. et occalleo.es. et recalleo.es.i.iterū
callere. uel remollescere. et a callo cessare. Et scri
bitur calleo per duplex.l.

Calleſco.as.inchoatiū.i.incipio calleo.

Callidus.a calleo.les.dr callidus.da.dū.i. sub dolus.uł per exercitacōnem artis instructus.et sic callidus nō ꝓ astuto tantū.ſ̄ etiam ꝓ astute doc to dr. Hic et ūsutus dr.q animū acto utat.et faci le ad quālibet fraudem. Job xxxvj. Simulatores callidi ꝓuocant iram dei.Et compatur.callidior issimus.Vnde callide.dius.me.adūbium.et ħ cal liditas.tatis. Inuenit etiam calidus calore affc̄us ſ̄ tunc scribit ꝑ vnum.l.ſ̄ callidus astutus ꝑ du o.vī et ꝑmaz pōne prod. Aurora. Callidus ergo dolus fraudes in pectore uoluit.

Callis.a callus.li.dr ħ callis.lis.i.semita callo pecudū ꝑdurata stricta et angusta inter montes. et est callis iter pecudū ꝓpe.semita hominū.uel calles est limes callide iacens.et ſm ħ dr a calleo ꝑ callide scio. Inuenit etiā ħ callus.li.dtūs plis callis.xv. Callus duricies dicatur semita callis

Callosus.a callus dr callosus.osa.sum.i. durus fortis.pinguis.carnulentus.callis plenus.et hinc ħ callositas.tatis.duricies.fortitudo.pinguedo.

Callus.a calco as dr ħ callus.li.i. duricies pe dis quo terram calcamus.et etiā manuū duri ēs interior dr callus.et cutis lardi.

Calo.a calon qđ est lignū dr hic calo.onis.ille qui ferit ligna.Calones etiam dīr galee militum et prod ꝑmam. Sed calo.as.eandem cor.xv. Po nere dico calo sed sunt michi ponderа calo.

Calo.as.aui.i. laxare.deponē.et dr a kala ḡco qđ hīc dr laxa. Et cōponit intercalo.as.i. int ponere.vnde ibalia et cor ꝑmam siue ca.ut pro

Calobalsamū.mi.i. lignum balsami.uł liquor emanās de ligno eius trito.et componit a calon quod est lignum et balsamum

Calon grece. lignum latine.

Calopodiū.calon componit cū podiū quod ē bacillus quo terre innitimur.uł pos qđ ē pes.et dr ħ calopodiū.i.baculus ligneus.uł pes ligneꝰ

Calor.ons.dicitur a caleo.les.

Caluaria.a caluus ħ caluaria.rie.i. locus patēs sup duo supalia.vī ut ex euāgelio habet.locus in quo decapitabant latrones locus caluarie ap pellabat. ꝓpter scz caluariū abscisoꝝ capitū q̄ ibi iacebant.uł ꝓpter ossa calua exūcia ibi.et dr he

Caluaster.stri.masculini gen braice gulgata ns.dicitur a caluus calui.

Caluicies.a caluus dicit hec caluicies.cii.et ħ calpicīū.cij.in caluicies est.

Calumnia.nie.accusacō falsa.crimē falso obiec tū.iurgiū aliene litis.et dr a caluo.uis.et a calū nia dicit calumnior.aris.i.reprehendere falso ac cusare.uł consumē.terrere.uł exigere.detinere.cā ri.frustrari.ludificare.sed antiqui dicebant calum nio.as.et calūniosus.sa.sum.plenus calumnia.

Calumniator.oris.i. falsi criminis accusator.et potest habere easdem significacōnes sicut et calū nior.et dicitur a caluo.uis uł a calumnia.

Caluo.as.aui.are.i. facere aliquē caluū.sed nō est in usu.ſ̄ inde dr ħ caluus.ui.et adhuc inue nitur caluus.ua.uū.Caluo componitur decaluo as.i. caluū facē.uł decapitare.et caluanā auferre

Caluo.uis.ui.caluē.i. decipe.ūbum actīm.et ca ret supinis.debere enim facere caluū sed non in uenit.et est tractū a caluo qui quodāmodo dēci pit uidentes ꝓpter galeā suum uł aliquo cooptо no.et dr a caluus.ui.Et inuenit calui ꝑteritū.et gtūs de caluus.xvij. Si non uis calui fugias con

sortia calui.et a caluo dr cauillo.as.ꝑ caluillo.

Calus.i. uas uimineū uł de salice per qđ mus ta colantur.et dicitur a colo.las.

Caluulus.li.diminitiuum parum caluus.

Calx.a callus.ħ.dr ħ calx.cis.ꝑma ps plante. uł pocius postrema que et calcaneus dr. Sed hec calx calcis.i. cementū.et dicit tūc a calidus.qua si calix.q ex lapide calefacto et adusto fit. Calx ecā ponit pro fine cuiuslibet rei. Sicut dr in cal ce libri.i.in fine libri. Et ē calx ꝑ pede siue calca neo mas.ge.licet ūgilius posuerit auctoritate sua in femino.ꝑ cemento ergo est fe.ge.xv. Pars pedis est ħ calx combustus calculus ħ calx.et ut dicit pap. Calx lapis coctus aqua accenditur oleo

Cama a cami ħ cama.me.genus uł extinguitur lecti breuis et circa terram.qđ et ħ cama.tis.inue nitur in ambrosio de officijs. Pap ecā dic.

Cambio.bis.bi.re.bsum.aliqđ uł cūs breuis cōmutando ꝑ aliqua re dare. vnde campsor oris et campso.sas.fre a campsu.u.in.o.

Cambises.sis.prod penul. Vnde in aurora. Rex nabugodonosor cambises dcūs in anno.

Camelion.ontis.mas.ge.quoddā animal dcm a camelus. Et dr sic.q licet sit aspersus albis ma culis ut pardus collo equo simil.pedibus bubal capite tm camelo est simil.ħ bugue. Pap autē dic Camelion similis lacerte quadrupes scz sub aspe tu mutat colores et viuit de aere.unde in salgmā

Cameleopardus dictus q camelo et par dora do similis sit.secundum papiam.

Camelus.a cami qđ ē breue uł humilis dr hic camelus.li.q cū cameli onerant ut breuiores et humiles fiant accubant. uel a camur qđ ē curuū dr camelus q̄i curuus.q curuus est dorso. Itez ca melus.li.funis est nauticus.et prod me. Et scias q camelus non coit cū matre.sicut dicā in equo Item ut dicit basil in viij omel hexamer. Came lus habet semp memoriā malop.et ad iracundiā ḡuis et pseuerans est. denicq si fuerit ꝑcussus diu dissimulato dolore cū reppit opportunū tempus il latam ꝓtinus impendit iniuriā.ſ̄ hunc nulla de mannis belua pmittit Audire iraq iracundi ho mines qui recordacōnē dudū lesionis accepte pro iuture maxima affc̄atis.cui belue sil'es habeamꝰ

Camena.a cano.nis.dr ħ camena.ne.i. cantile na.uł musa.q̄si canens amene.uel q̄si canens me los.et prod penul'. Oracius. Surge et imbumane senum ne pone camene.

Camera.a camur quod est curuum et dr came rus.ra.rū.i. curuus. vnde ħ camera.re.curuatura vnde et camera.re.dr locus secretus ubi cubamꝰ eo q quīdam curuaturā solet habere in supiori pte q̄i ad modū celi.que et testudo dr et lacunar uł ꝑ dicta camera a camur.et a camera dr hic ca meranus.ni. vnde ħ cameraria.rie. Item a came ra cameratus.camerata.tū.i.curuatus uel came ris ornatus.et componit bicameratus.ta.tū.tri

Camero.ras.rauī.ūbum ac cameratus.ta.tū tū.i. curuare.uł cameras facere uel cameras ꝑa

Camillus.a camera dr ħ ꝓ rare.uł distinguere camillus li.i. puer ingenuus.q cameā solet fre q̄ntare. Hinc ꝙ et ħ camilla.le.dr.ꝑ puella inge nua. Inueniūtur eciaz hec due ptes in alio sensu. scz pro pueris sacerdotū. Vnde macro de saturnali bus. Camillos inquit et camillas appellabant fla minū et flaminaz ꝑministros.et ħ tantū ualet ca

millus ꝺ̄tum miniſter.et camilla ꝺ̄tum miniſtra Vnde et mercurius inuenit̄ appellari camillus q̄

Camminus.ni.mas.ge.pn̄l ꝑ ꝺminiſter ē deoꝝ ducta.ignis ul̄ fornax.et ꝺr a cāmpſo.ſas.quod eſt flectere.q̄ flāmas in ſe reflectat.ſm bug. Vel ſm papiam dicitur a caumate.

Camiſia.ſie.ꝺr a cama.me.q̄ in ea dormimus in camis.i.in lectis noſtris ul̄ ſtratis.ul̄ ꝺr ſic.q̄ olim fiebat de canabe. Vnde camiſiatus.ta.tum .i.qui habet ul̄ indutus eſt camiſia.

Camiſiola.le.dimi.parua camiſia.

Campana.ne.ꝺr a campania prouincia q̄ eius uſus p̄mū ibi reptus eſt. Vñ campanula.le.et ſ̄ campanella.ambo diminitiua.et ſ̄ campanarius rij.qui facit campanas.vñ ſ̄ campanaria eio uxor.ul̄ que campanas facit.et hoc campanile.lis. turris in qua morantur campane.et ꝓducit.pa.

Campania.a campus ſiue campoꝝ planicie in q̄bꝫ ſita ē ꝺr ſ̄ cāpania ꝓuincia cuius caput ē capua.ul̄ ꝺr caput a capi eius fundatore.de cuius nomine ciuitas dicā eſt capua.ul̄ a capacitate.q̄ eius terra omnem fructū uite capiat. vñ cāpania ul̄ a campanoꝝ planicie ꝺr.et iñ campanus.a.ū

Campanile.lis.pn̄l prod.locus ubi ſtant cāpane

Campeſtre.a campus ꝺr ſtre.in campania eſt ſ̄ et ſ̄ cāpeſter uel cāpeſtris.et ſ̄ re adiect̄.et ſ̄ campeſtre.tris.i.veſtis gladiatoꝝ qua tantū genitalia tegunt̄.dicā ſic q̄ iuuenes dū nudi in cāpo marcio gladiaturam exercebant illa veſte puden ꝺr coopiebant.Dicunt̄ eciā campeſtria lumbaria ſuccinctoria penizomata.ſ̄ bug.Pap̄ uero ſeqñs ꝑs dicit.campeſter in campo ſe bñs ſ̄ campeſter ul̄ campeſtris et ſ̄ tre.Itē campeſtria ſuccinctoria dicī.q̄ hij qui in campo contendunt hijs genitalia tantū coopiunt.hec penizomata dicñr.Scias tñ q̄ nūc ſm communem uſum ꝺr ſ̄ campeſter ſ̄ cāpeſtris ſ̄ campeſtre.Et ſunt huiuſmodi nomina que facūt mas.in er.fe.in is.neu.in e decli.ut dixi ſupra in quarta ꝑte in capitulo de caſu ſiue ꝺclinacōne nominis q̄ in pncipio.

Campio.onis.mas.ge.gladiator.ul̄ in campo duellū exercens.ſcz pugnator.et ꝺr a campus pi

Campſo.ſas.ūbum actiñ.i.flectere.plectere.Itē inuenit̄ campſo in alia ſignificacōne.cambio enī facit campſi.ſum.ſu.et mutata.u.in.o.fit cāpſo ſas.freq̄ter cambire.et inde campſor.oris.

Campus.a cami quod ē breue et humile ꝺr ſ̄ campus.pi.ꝓpe planicies terraꝝ.hic decis.quia ſit humilis et brevis peotꝫ non erectus.nō ut mōs ſ̄ tacens.vnde et grece pedion dicitur.et iñ campulus.li.et ſ̄ campellus.li.ambo diminitiua.

Camur grece latine ꝺr curuū.vnde camurus ra rū.i.curuus.et hij camures camurū .i.boues alti et decurnati. Vel denuatur a cami quod ē breue quia habent cornua brevia.

Camures in camur uide.

Canabū.bi neu ge.a canna ꝺr ꝓpter ſimilitudi nem cāne.ul̄ a greco canabin quod dicunt greci vnde ſ̄ canabis.bis.ꝑ eodem et ꝑ corda iñ fcā. et cor pn̄l.Perſius.Tunc mare tranſiliens ut cor

Canalis.lis.fe.ge.et ſ̄ canal da canabe fultū le.lis.ꝺr.et deriuat̄ a cana.q̄ cana ſit ad modū

Cancellarius.a cancellus ꝺr ꝺcāne.et prod pn̄l ſ̄ cancellarius.rij.ille qui facit cancellos.et cācellarius ꝺr in curia imperatoris ab illa ſignificacōne ſm quā cancellus ꝺr ala palacij.q̄ ſemꝑ habitat in cancello.i.in ala palacij.Cum enim thezaurus imperatoris eſſet in cuſtodia ipſius ipſe iuxta thezaurū manebat qui erat repoſitus in cancello.uel ꝺr cancellarius a cancello ſm illam ſignificacōnē ſm quā cancellus ꝺr interſticiū muraliū.et fuit hoc tractū a paleſtina regione ubi tecta deſup cacuminata non erant.ſ̄ iacebant in planū proſtrata.eleuabant̄ uero pietes circumquaq̄ ad modū muraliū.illa uo interſticia que ſunt inter propugnacula dicñr ꝓprie cancelli.Qui uero epl̄as miſſas recitare uolebat populo in regione paleſtina antiquitus aſcendebat ſup tectū et de cancellis recitabat.Et iñ moleuit uſus qui l̄ras p̄cipibꝫ miſſas habent exponere cancellarij uſitato nomine dicñr vnde ſ̄ cancellaria tam ꝑ illa que habet illud officiū q̄ ꝑ uxore cancellarij et eius dignitate.

Cancellus.li.eſt dimi.de cancer.cri.et eſt cācellus ala palacij.cuiꝰ foramen pietis.interſticiū inter ꝓpugnacula murorū.parietes ſiue tectura ſicut qui dandū choꝝ.et a cancellus cancello.as.i.cācellos conſtruē.ſm bug.Pap̄ uero dicit cancellꝰ centrū excellens locus.Vnde cancellarius qui in cancellis p̄mus eſt.ſ̄ pap.Dicit̄ eciā cancellus feneſtra reticulata.Prou.vij.De feneſtra enī domo mee per cancellos ꝑſpexi.

Cancer.a conca ꝺr ſ̄ cancer.cri.quia ſit concaua Et ſcias q̄ cancri viuūt de carnibꝰ oſtreoꝝ miro mō et ingenio.nam q̄ualibā teſtam eorū aperire non p̄ſt explorant q̄ oſtrea clauſtra teſtaꝝ a p̄ūt.et tūc canē latent̄ lapillū injicit et ꝑpedita concluſione oſtreorū carnes corrodit.Et ut dicit amb̄ in hexamer̄.Sūt homines qui cancri uſu in aliene uſu circūſcripcōnes irrepant et infirmitatem ꝓpe ūtuns aſtu quodā ſuffulciūt fratri dolū necant.et alterius paſcūtur erumpna.tu autē ꝓp̄ is eſto contentus.et aliena te dampna non paſcant.btā eſt ſi bona ſua nouerit cū ueritate partas.et omnibus p̄ferenda thezaurus.utamur ergo ingenio ad querendā grām.et ſalutē tuendam non ad alienā circūſcribendā innocentiā.licet nobis uti exemplis maritimis.ad profectū noſtre ſalutis.non ad alterius periculū. Item ut dicit pap̄ cācer cancri al̄.decis q̄ inteſtina in modū concauꝰ habet.Cancer eciā eſt quartū ſignū in celo.dictus q̄ cū ad eū ſol uenerit retrogꝺdit̄ in modū cancri Dicit̄ eciā cancer ꝑ morbo.Et ſm antiquos fuit neu.ge.Et facit gr̄is cancros.xv.Eſt anal ſignū uiq̄ cancer q̄ maligniū.Cancer.ris.morbus cui

Candacis quedā regina)cer.cri.ſtella q̄ piſcis fuit.et eſt.fe.ge.et prod pn̄l. Vnde in aurora ꝺr Candacis uiꝰ regina direxerat iſtū.Et ut dicit̄ in hiſtorijs.omīs regine ethiopum dicebant̄ regine candaces ſicut romani imperatores dicebant̄ ceſares.nec habebat regimen regio illa niſi a fœmis.

Candela.le.ꝺr a candeo.es.q̄ accenſa candeat.

Candeo.des.ui.ūbum neu.et caret ſupino.i.albere ul̄ calere.xvij.Candida res candet et ferri lamina candet.et eſt tractū a ferro q̄ candere ponatur ꝑ calere.q̄ ferrum ꝺ̄to candidius tanto calidius.et a candeo candeſco inchoatiū. Candeo cō ponit̄ excandeo.es.i.ualde candeo. Inde excāꝺſco. Incandeo.i.intus ul̄ ualde candeo. Inde incandeſco. Recandeo.des.i.iterū candeo. Iñ recandeſco inchoa.Et eſt neutꝝ candeo cū omnibus ſuis cōpoſitis que non mutant cōiugacōnem. Itez componit̄ cū ad et ꝺr accendo.dis.et cū con et ꝺr cō

cendo.dis.et cū ex.et ðr excendo.dis.1.ualde accẽdere.et cū in et ðr incendo.dis.Cum p̄ et ðr p̄cendo.dis.1.ante uł ualde accendere.et cū sub et dicitur succendo.dis.Et sunt omnia composita a candeo q̄ mutant coniug actiua.uide in studeo studes

Candelabr.bri.penł naturaliter cor.a candela ðr quasi candelaforq.q ferat candelam.Vel dicitur candelabrum quasi candele lator.

Candeo.as.aui.are.ūbū neu.1.candere.uel ali q̄tulū candere.ut sit dimi a candeo.des.et cor ðr

Candidarius.rij.pelliparij.qui coria facit alba a candeo.des ðr.Candidarius etiam uocatur qui lauat pannos.unde hec candidaria lotrix.

Candidatus.ta.tū.dealbatus.a candidus dicẽ

Candidulus.la.lū.pau candidus.Inuenię et cā diculus.la.lum.1.candidus.uł candidulus.Vnde marbatus in libello de lapidibus.Tercia candicul tribus est inscripta litturis.

Candidus.a.ū.a candeo.des.et compatur cādi dior issimus.vñ candide.dius.sime.adūbium.et differt candidū ab albo.Album enim de natura est.candidū de artificio et studio.Vnd et candidū ðr q̄i candori datū studio.Item albū quodaq pallore pmixtū.ſ candidū quadā luce respersum.A candidus dicitur candido.das.ūbum actiuū.1.facere candidum.et corripit penultimam.

Candor.oris.mas.ge.a candidus dicitur.

Candulus.a candidus ðr candidulus.la.lū.diminitiū.Vnde candulus.la.lum.p sincopā.Vnd iuuenał.Prebenda est gladio pulchra est et cādu

Candus.candi.masculini generis la coniunx. uelbis regia.a candeo candes.

Caneo.a candeo.des.ðr caneo.nes.nui.ūbum neutq.et caret supino.Vnde canesco.cis.inchoatiuum.quod et canisco.cis.inuenię q̄i a ūbo tercie cōiugacōnis. ¶Caneo componię concaneo.nes.simul canere.Incaneo.es.1.ualde canere.Precaneo es.1.tempestiue canere.Recaneo.es.1.iterq canere uł retro canere.uł simpliciter canere.Et prod ca.ſ canes nomen eam corrupit.Vnde quidam.Desine uelle canes postq per tempora canes

Canicies.ei.et h canitudo.dinis.in eodem sensu a caneo.nes.ſm hug.Pap uero dicit.Canicies se negnus.quasi candicies.a candore dicta.

Canicula.a canis.nis.ðr h canicula.le.et h caniculus.li ambo dimi.Canicula ecia ðr quedam stella in quā ſ poetas mutata fuit canicula icam Vnde h et h caniculares.et h re.ut dies caniculares in quibus canicula regnat.ſm hug.Pap ūo dicit.Canicula uel canis nomen stelle que uicina est thauro.que et sirus ðr estiuis mensibus ī medio centro cęli est.et dū sol ad eam ascenderit duplicaſ calor.et dissoluunę corpa.Vnde canis ðr q̄ corpa morbo afficiat ¶Et scias q canicularес sunt dies hij.in quibus moleste sunt purgacōnes a pridie pdus iulij usq pridie nonas septembris xv.Incipiūt pridie iulij pdus caniculares.Et pridie nonas septembris fine resultant.

Caniculares in canicula exponitur.

Canis.a cano.is.uł canor.oris.ðr h et hec canis.Vnde canicus.ca.cū.et caninus.na.nū.Quid ecia dentes dīr canini.uide in dens.uł canis ðr a cinos greco qd canis ðr latine.Et facit gtūs plis caniū.et accūs pluralis in es tantū canes.sicut iuuenes et panes.Et scias q canis nomen non mutauit accentū ad drām huius ubi canis.q scilicz utrūq est pe principalis.et certā habet drām ppr accūcia sua.et neutra dependet ab altera.sed ubi drāndia habet locū debet vnū ab altero p originē dependere.Item pt in consimilibus dici.Itē canis animal latrabile marinus piscis.sidus celeste eq uoce ðr.xv.Stat canis in ponto.latrat extra fulget in alto. ¶Item cano.is.ūbum et canis nomī cor pmam.h canis dtūs et abltūs plis de canus na.nū.prod pmam.sicut caneo.es.Vnde quidaq Cum latrat ille canis canis et tu cantica canis Et scias q pisō xij etby dicit.Nichil sagacius canibus.plus enī sensus ceteris animalibus habent nā soli sua nōina cognoscūt.dnōs suos diligunt dnōq tecta defendūt.p dominis suis se morti ob iciūt uoluntarie.cū dño ad pdam curruntCorpus dñi sui ecia mortui custodiūt.et n relinquūt quorum postremo nature est extra homines esse non posse.Hec pisō.Quis ergo ut dicit ambsius in hexamer non erubescat grām bene de se mentibus non referre cū uideat ecia bestias refugere crimen ingratitudinis.et ille imptite alimonie seruant memoriā tu non seruas salutis accepte.

Canisco.cis.incipio canere.et canesco ecia ðr

Canistr.tri.a canna ðr.quia uide in caneo.es de cannis fissis texitur.uel ðr a canus.a.ū.q canna.1.ponia que sunt cana.1.lanuginosa ibi ponūtur.unde h canistrellum.li.dimi.ſm hug.Et ðr canistrum sportula quasi cānis textum.

Canitudo.dinis.fe.ge.1.canicies.a caneo canes

Canna.ne.ðr a cano.is.quia ea canit Et sigt plura.Nam canna ponitur pro arundine.pro canna gule.pro quodam fluuio.

Cannella.le.diminitiuum.parua canna.

Cannetū.n.ge.neu.locus ubi canne crescūt.et

Cānula.le.diminitiuum.pua can ðr a canna na.Item cannula.le.1.fistula.

Cano.nis.cecini cantū.ūbum est polissenū mlta enim sigt.Nam cano aliqñ simpliciter sigt cātare.qñq diuinare.qndoq dicere.aliqñ laudare.qndoq metrice describę.et est poetaq.sicut dicere est ppaicoq.Et in duabus ppnis significacōnibus est neutrū.In aliis actū. ¶Cano componię accino.nis.accinui accentū.1.iuxta uł iterq.uł cōcor diter canę.unde h accentus.tus.Item pcino.nis unde pcentor.Item occino.Item occentro.tas.frequentatiuū.Dicę quoq occano.nis.occanui.Vnde salustius.Occanuere tubis.Item componię recino succino.Vnde succentor.succentoris Et nota q omnia ūba composita a cano mutant in pūti.a.in.I.ſ in supino in.e.excepto occano.Et omnia sunt neutra.Recino tamē potest esse actū p recitare.Si tamen composita a cano redoleāt aliquā uł utramq illaq significacōnum ſm quas consuimus cano esse actū.sine dubio erunt actiua.Iteq cano geminat pteritū et facit cecini.qd non facit ad drām huius ubi caneo.es.ui.Composita uero faciunt in ui diuisas.ut concinui.et habent in supino e ante tū ut pcentum.ſm po.Item nota q cano componię cū cornu.et ðr h cornicen.inis.qui canit cū cornu.Item cū tuba et ðr h tubicen inis.qui canit cū tuba.Vnde h tubicina.p femina.Item cū fidis et ðr h fidicen.qui canit cū fide .1.corda.Vnde h fidicina.ne.Item cū lira et ðr h liricen.inis.qui canit cū lira.vnde h liricina.Item cū cicuta.et ðr h cicuticen.cinis.qui canit cū cicuta.Vnde h cicuticina.ne.p femina.Iteq cū tibia e

ðr tibicen penſ prod. Omnia enim compoſita ab hoc ūbo cano.is. et nomnibus inſtrumentorum ſunt mas.ge. et omnia cor pnſ excepto vno ſolo qđ prod penſ. ſcz tibicen. canis. qui canit cū tibia qz due uocales breues illi conglutinanť in. j. lon gam. vnde ħ tibicina femina que canit cum tibia Componitur eciam cano cū os et ðr oscen. inis. qui ore canit uł foljs uł alio mō. ut aues decipi at. Et cor pmā cano.is. ſ caneo.es. eam producť Vnde quidā. Dum barbis canes ūbula pauca ca nes. Hiſtrio wlt canē. senior canere uideť. Item Scuranites canis et citharista canis. Carmina na ſo canis annoſa qz tempa canis. Laudo cano mo dulor deſcribo vaticinor qz. Lau de ſcri dico mo dulor cano uaticinor qz.

Canon canonis mas.ge. gre latine regula. con ſuetudo approbata. ſiue inſtitucō. ſm pap Et ſci as qz canon in recto non debet in fine accentuari cū corripiat penultimam obliquorum.

Canonicus. a canon ðr canonicus. ca. cū. i. regu laris. quod ſubſtantiue ðr ħ canonicus. et hec ca nonica. tam p femina regulari q̄ pro eccleſia ubi regulares moranť. quelibz tamen eccla inuenitur dici canonica. Nam in qualibet regulariter viuē debent Et ſciaš qz improprie ðr canonicus regu laris. qz idez ē quod canonicus canonicus. regula ris regularis. Similiter improbe ðr canonicus ſe culans. qz idem ē quod ſecularis regularis. Quidā tamen in hijs ꝓperatibus uocabulos utunť. cau ſa dīcīe ad canonicos regulares ad minus regu lares. uł quaſi conſuetōne ſunt ſeculares. vñ dīť tales canonici regulares. tales ſunt canonici ſecla res. et ſatis poteſt tolleran et dici. ſepe enī p dicti ones incongnue rūctas intellectū congruentē genā Canopeū. canobus. bi. fuit gubernator }mus menelai. et mutata. b. in. p. ðr quedā ciuitas egip ti ħ canopus uł canopia. vnde ħ canopeū pei. i. cortina ſubtiliſſima inſtar retium plexa texta et fe neſtrata. vnde lecti nobliū ornanť ad arcendos cu licos et muſcas. et ðr ſic. qz in egipto huius rethe pcipue habeať. Vnde Juuenal. Vt teſtudineo tibi lectule canopeo. In eodem ſenſu inueniť in iudith xiij. Abſtulit canopeū eius a capitis. Vel canope um ut alij dicūt deriuať a conꝰ qđ eſt ſummitas galee. et tūc canopeū ðr qſi conū perens. qz ad ſi militudinē coni a lato tendiť in acutū. ad modū reticulos que cū arcendi puluerie ſup altaria col locanť. et tunc ſcribiť canopeū p. o. in pma ſilla Et prod penſ canopus ſicut canopeū. Theodolus Barbā famoſo non credit turba canopo. Et in au rora ðr. Reticulū ſericū ſcriptura uocat canopeū Pap autē dicit. Canopeū rete ſubtiliſſimū. q̄ repel lunť culices et muſce circa lectulos dormiencium

Canopus in canopeum eſt.

Canor. oris. mas.ge. i. ſonꝰ a cano is. et p̄ no

Canorus. ra. rū. ſuauis. dulcis. cantu gratus. a cano. is. addita. rus. Nam ut dicit p̄s. in iiij. libro In rus denominatiua ſiue pauca ūbalia inueniūť que penſ prod honor honorus. odor odorus. ca no canorus. ſono ſonorus. Quos regula impromp tu. Nam nomina us. uerba rus aſſumunt.

Cantaber. a. ū. et ħ cantaber ē populus hiſpa nie a nomine urbis et hiberiannis cui inſidet ſic

Cantabr. bri. neu. ge. i. purgamentū fru }rocūs menti. uł farine. uł obus caninus quo canes paſ

Cantarus. n. mas. ge. quoddā uas ui cuntur

narū. ſcz crater. et ðr a cano. is. qz cātando pota

Cantenus. nj. equus caſtratus tur

Cantes. a cano. nis. hec cantes cantū. i. fiſtule organoz in quibus cantus tempatur. uł ut mar ciano placet. Cantes dīr dee ornamentorum.

Cantito. tas. ūbum fre. frequenter cantare.

Canticū. a cano. is. ðr ħ canticū. ci. uox cantan dium in leticia. laus. Item canticū pſalterij eſt cuꝰ io quod organū modulať poſtea cantus loquiť Quidam eciam libri ſalomonis intitulanť cantica canticoz. per excellenciā. eo qđ omnibus cantus pferatur. et ðr hebraice ſiraſin.

Cantilena. ne. fe. ge pnſ prod. uideť eſſe cōpoſi tū a cantus et lenis. Non enim ðr cantilena niſi ſit cantus dulcis et lenis. ſuauis et non aſper. ſ hug pap et dicit. cantilena cātus lenis. cātici compō.

